

Allemanniam, Bohemiam, Poloniam, Ungariam, non nominandam utique, si Templi militia caruisset; Regna Castellae, Lusitaniae, Aragoniae, Baleares Insulas, Navarrae ac Terras adjacentes, Arelatense, Aquas Sextias Provinciae, Ebrodunum, & Viennam Delphinatus, Vesontionem Burgundiae, in Tarentasiam, Sabaudiae, Dioecesi Lugdunensi, caeteras provincias Regni Franciae, Basileam, Losannam, cum reliqua Alemannia, Cyprum, Italiam, Insulam Siciliam, Apuliam, Hetruriam, Longobardiam, Ditionem Ecclesiae, Campaniam, Ducatum Spoletanum, Patrimonium divi Petri, seu Tusciam Suburbicariam, Marchiam Anconitanam, Sardiniam, Corsicam, Achajam.

Sed jubentur Archi-Praesules Legitima, quae nancisci eos contigerit Testimonia scriptis authographis rite, ac maxima confectis diligentia inserere, provincialibus excutere in Synodis, admisso, si quis est, Inquisitore fidei proferre sententiam. Ut vero Commissariis suis Papalibus utriusque Ordinis necessariam sua in ditione concillet brachio seculari auctoritatem Philippus Rex, quos Majo adhuc, & Junio in idem Templariorum negotium deputarat, publice renuntiat. Sunt vero:

Guichardus de Bello loco, d'Aymar de Pictavia Comit. Valatin. Robertus Comes Flandriae, Joannes de Lilledame de Mally

## 176 CHRONICI TEMPLARIORUM

B. Dei gratia Comit. Astar. Ludovicus filius Comitis Flandriae, Comitis Nivernensis, in Praefectura Aurelianensi, & Regitelein. Odilo Garmi Eques, Dominus de Cornillo, Seneschallus Belloquadrae in Occitania inferiore. Joannes de Tornebu Eques Dom. de Bec. Thomas Baillimus Rothomagensis. Joannes Dux Britanniae. Vice Comes Lemovicensis in Aquitania priore. Elias de Talerand Comes Petricoriensis in eadem. Guido Dominus de Anneel Eques. Guarinus de Castro novo Dominus Apchy Miles. Bermondus Uiae & Armasanitarum Dominus. Arthurus Dux Britanniae, Comes de Richemont, aut ejus nomine Procuratores. Amalricus Dominus de Cratunno in Ducatu Andegavensi, & de Sabolio in Comitatu Cenomanensi, Praefecturae Aurelianensis; ac Thyebant Dominus de Rupeforti in Aquitania posteriore; & Vice-Comes de Donges in Aprili 1308. Bernardus Pileri miles Dominus de Alesto, & de Calmon. Guido Eques de Saint Falle. Hugo Dux Burgundiae. Guilielmus de Calvigniaco Eques de Castro Ruffo in Ducatu Bituricensi, praefecturae Aurelianensis. Robertus Comes Alverniae, & Boloniae. Amalricus per Dei gratiam Vice-Comes Narbonensis. Durantus de Monte alto, & Austorgius de Aureliaco Equites. Bernardus Jourdain Dominus de Lisle. Engverandus Dominus de Concy, Doyfy, & de Montmir. A. de Picardia Co-

ines Valentin, Guilielmus de Nogaretho  
Cancellarius regis Franciae. Guido de Le-  
zignan Comes Marchiae, & Engolismae.  
Haec interim de Concilio ac inquisitione.

Bulla publica, patenteque Pontifex sub  
anathematis poena cavet Bonis, & rediti-  
bus Templariorum in raptores, ac invalo-  
res a tempore captivitatis. Pontificiis igitur  
mandatis orbem Christianum pervolitantibus  
Templarii, qua nondum trahuntur in capti-  
vitatem, & super memoratis XIV. Articulis  
interrogati quidquid fatebantur, conscriptum  
per Notarios publicos in prothocola sensim  
citris tabellionibus mittitur ad Pontificem  
universali quod indixerat Concilio amplius  
excutiendum, praecipit insuper Papa illorum  
& magnum Magistrum, primosque Templa-  
riorum adduci, audituros contra se de-  
cernenda.

Leſtis his litteris Philippus magno Co-  
mitatu Piſtavum veniens colloquitur Pontifi-  
fici, quid ulterius cum Templariis agendum  
foret? unde annuit ille, ut Praelatis ſuas  
per provincias potestas ſit jure cum Templa-  
riis agendi, & nili hi ex corde convertan-  
tur; ipſos pro delictis puniendi, in quod  
promovendum ſub anathematis poena prae-  
cipit ſeculi Maſtratribus, ſpem in eo Ec-  
cleſiaſticis ut ferant; ipſe vero patente Bulla  
III. Kal. Jan. ſcripta Tolofae palam ſigni-  
ficat Templariorum aliquos ſolutos vinculo;  
quod ob haereſim aliaque ſcelera, incurre-

rant anathematis, postquam vere, ac ex praescripto poenitentes, suaque deplorantes crimina id ipsum devotissime oraverant.

In Arragonia Jacobus Rex personaliter cum Purpuratorum primoribus VIII. Id. Jan. Epiphaniae festo accedit Valentiam, ut ediscat penitus, quid Templarii ad proponendas quaestiones Valentino, & Caesar-Augustano praesulibus, ac Inquisitori Generali, sint responsuri, possitque Consilio, & ope adesse Magistratui Ecclesiastico; illi tamen sequiorem urgente conscientia veriti exitum haud comparent, quin potius majorem partem in fortissimas suas arces, praesidiaque se recipientes totis viribus defensionem apparant, cum regis, & Ecclesiae mandatis debitum gerere nollent morem. Percepta hac eorum Rebellionem Rex ipsos tota roboris mole aggredi constituit, vimque admoveere bellicam fortalitiis, Templarii autem resistunt fortiter, & multos egregios viros conficiunt.

Rex aucto exercitu obsessos in dies premit validius quoad post longius tempus praesidia sensim languerent, terrentur eo Templarii, quid in hac necessitate agi expediat nescii, scribunt ideoque lamentabiles ad Pontificem litteras dolorose questii, quod innocentes pati cogantur persecutionem, & falso forent inculcati, ubi tamen orbi toti sua inculpabilis vita conslet, neque ipsi quidpiam in sacra Regulam admiserint. Verba sunt;

Multi adeo nostrum apud infidelium ex-  
titerunt, & nunc sunt manus, ut nequeant  
numerari, nec tamen auditum unquam de  
aliquo, quod a fide recesserit, & Christum  
negarit, licet volentes haec agere, millenis  
se potuerint eripere calamitatibus. Novit sua  
Sanctitas, quam sit hic ordo Sanctae profi-  
cuis Ecclesiae, & quanto futurum sit detri-  
mento, si debeat extirpari. Patravere forte  
nostrorum fratrum aliqui mali quidpiam;  
puniantur illi pro justo; e contra si tinan-  
tur absque poena, qui deliquerunt nihil.

Quapropter humillime oramus vestram  
Sanctitatem, dignetur dehortari Regem a  
nostri persecutione, cum parati simus sub-  
jicere nos decreto Ecclesiae Romanae, Ah! sed  
non est causa persecutionis nostri alia,  
quam grandia nostra bona, in quae multi  
mortalium oculos conjecerunt, ubique illa  
nituntur vendicare. Nos revera sumus Catho-  
lici, & recte credentes Christiani; nec ullus  
in terra nobis est, ad quem suffugium arri-  
pere velimus, praeter vestram Sanctitatem,  
super quo humili supplice gratiosum pre-  
stolamur responsum, ac interea nos in nostras  
fortissimas arces recipimus defensuri contra  
vim volentes inferre, ut generosos Equi-  
tes decet.

Litteras has per fidum Tabellionem mit-  
tunt Pontifici, cum in Gallia degenti; Rex  
interim Occasioni suae perintendentis totis  
conatibus ea obsidere, ac oppugnare pergit.

## 186 CHRONICI TEMPLARIORUM.

praesidia in quae se receperant Templarii, eorum princeps Montio Borealis trans Iberum Arragoniae per Bartholomaeum Belvisium strenuum Equitem defensa; ad quam oppugnandam missus a Rege Arsalus Alagon Arragoniae Gubernator forti cum robore, post tentamen XVI. Kal. Jun. violentam per ballistas tormentaue aggressionem, Muelam propugnaculum pro arcis aditu forti munitum praetidio accipit deditioe, arce ipsa etiam seu taliter, sive cruento insultu mox potitus.

Recepto praecipuo hoc fortalio, non diu propugnantur caetera, etsi Templarii cum desperatione pugnarent, neque libenter se suorum hostium permitterent potestati. Poiremae Castello tum, & vetus Africanique majoris expugnatione celebris Carthago nunc in Murciae regno arces validissimae submituntur. Recuperatis munimentis omnibus, defensores cunctique intus deprehensi rediguntur in captivitatem ac in diversa Regni abducantur loca, quorum Rex certiosem reddit Pontificem, desiderans instrui, qui se gerere cum captivis debeat. Papa velut prius praecipit Episcopis Raymundo Valentino & Someno Caesar-Augustano, ut omnes & singulos strictum rapiant in examen, quae demeriti fuerint visi, jure agant, quod etiam sit paulopost, & quilibet prout plus minusve deliquerat poenae subicitur.

In Sicilia exteriore, seu Neapolis Regno Templi Equites a Carolo II. Rege capiuntur vi mandati Pontificis, at bona mobilia captorum hunc inter, & Regem divita perperam, nec nisi calumniose asseruntur, immobilibus datis hospitali, quod forsan serius. In Belgio videntur sine Processu quoquam subisse mortem.

Tiguri Helvetorum Praetores clausam accipiunt Epistolam, & mandatum illius hora XII. nocte quapiam aperiendae ac iussionis in effectum deducendae; Allapsa quae praestituebatur hora advertitur mandari, ut Templarii obruti citra moram interficiantur, quod & fit, Equites enim qui aderant omnes, ne unico quidem vitae venia donato caesi, quantumvis, gemini in lupanar ea nocte progressi salvi manserint, & vivi.

In insulam Cyprum occurrit iussio pontificia, ut & personae comprehendantur, & occupentur Bona, ac rescribit Rex Amalricus non sibi adfuisse vires perficiendo, quod mandabatur, cum Templarii omnium consilii cor. lpuerint arma, sed praecipuorum venerit decas cum subiectione, promissaque obedientia.

Per Angliam accurantibus & Franci Regis nuntiis, & Pontificis mandatis pariter ut in Gallia uno eodemque die IV. Id Jan. universi comprehenduntur Templarii, & per diversa Regni municipia sparguntur, in custodiam. Jus in particulares querendi, se-

rendaeque in reos sententiae Clemens Papa  
tribuit Patriarchae Ierosolymitano, Eboracensi  
Metropolitae, Antistitibus Lincolnensi,  
Cicestrensi, Aurelianensi, Abbas de La-  
riniaco & S. Germani de Pratis Dioecesis  
Lutetianae, Richardo de Vauro Canonico  
Narbonensi, & Guidoni de Vichia Rectori  
Ecclesiae de Hosh Londonensis Dioeceseos.

LABBEUS & COSSARTIUS Conc. Tomo VII.  
sub Conc. VIII. NATALIS Tomo XVI. Sect.  
XIV. PUTEANUS Par. III. RAYNALDUS  
Tom. XV. Num. 18. SURITA Lib. II.

ANNUS CHRISTI MDCCCII.

**C O R D I N I S CXCII.**  
CLEMENS Papa nunc primum V. Calendar.  
Sext. Avenione tempus locumque cele-  
brandi Generalis Concilii Bulla ut aliis Re-  
gibus significat Henrico VII. Lucembur-  
gico Imperatori, sed inscribit, *Regi Roma-  
norum illustri* duntaxat. Alioquin Philippus  
Praepositus Ecclesiae Pictaviensis, & Joan-  
nes de Janvilla, Philippi Regis Ostiarius ad  
custodiam, visitationem, translationem per-  
sonarum militiae Templi, in Rbemensi, Seo-  
nonensi, Rothomagensi Provinciis Papalis,  
regiusque Deputati, publicis potentibus li-  
teris XIV. Cal. Dec. praecipunt universis  
supremam, vel immediatam custodiam Tem-  
plariorum potestatem gerentibus, quatenus  
Aurelianensi Episcopo, & ipsius mandatis  
morem gerant circa translationem persona-  
rum ad praesentiam commissionis Pontificiae,

obsequium contra Ordinem in genere, ut  
ad superiores annum, pro pedem la-  
cheat. Ponderum cum his addit, non  
roti interpositae Commissioni VI. Calendar.  
Dec. Philippus Rex Lateris Lateris sequi  
patentibus, Praetoribus Rothomagensi, de  
Geortio, Cadomeni mandatis edictum ci-  
tationis ab eadem commissione propositam  
quasque captivi servarentur Templari, Ec-  
clesiarum valvra affigi, vel locus rite pu-  
blicari, non de necessaria provideri, in trans-  
lationem impendia.

Ergo Narbonensis, & reliquam commi-  
ssionis primam X. Cal. Dec. die Sabati La-  
teris consideri in Episcopali Camera, et  
vocant, pro tribunali, comparetque in eorum  
praesentiam Joannes de Molay e Vesobedi-  
nis ortus Diocesi, incertum in frater vel  
Agamus Magis Ordinis Magistri Jacobi  
de Molay neque cum ipso, quod per non-  
nullos factus, tenere confundendus. Ubi  
habitu feculari dicebat parvo habro se Re-  
gularem templi gestasse jam Ordinem de  
quo nil mali sciret. Destruisse. Quod verum  
ex omnibus verbis, factis gestationibus,  
ratione advertentur ad non integra, respici-  
tur ad Lateranensem Aedificium, cum esse  
causa fugitivorum sine Diocesi cogno-  
scere.

VI. Cal. Dec. die Mercurii circa 1210  
in Camera postulam Episcopalem. Magus  
Magister Jacobus productus solito patet

tera Belluicium juvenis belli appetens non  
 verat Magistrum inhaesisse firmum inducile  
 ab Anglo Rege statutis, ad Soldanum pla-  
 catum retinendum non improbantibus & re-  
 liquis, quod urbes castraque pro Soldani  
 collimitio essent non alias retinenda, nisi  
 Anglus annonam suppeditasset. Cupit post-  
 modum indulgeri Jacobus Missam sibi ce-  
 lebrandam, & concedendos Sacellanos, quod  
 Commisarius, Cancellariusque spondent pro-  
 curandum.

In Castella sub Ferdinando Rege litteris  
 Prid. Cal. Sext. a Clemente V. datis potestas  
 fit Quaestionis in Templarios capesendae,  
 Compostellae in Gallacia, Toletique in  
 Nova Castella, Archi-Episcopis, adjunctis,  
 ex Ordine Praedicatorum, Americo Inqui-  
 sitore generali, auctore Directorii inquisito-  
 rum literatis notissimo & Praesulibus aliis,  
 praecipue horum suffraganeis. Consalvus igitur  
 Toleranus excitis suae Provinciae Patri-  
 bus: e veteri Castella Segobriense, Seguntino,  
 Vallisolerano, Oxomense; e Betica seu  
 Vandalaria Cordubense, Giennense; e regno  
 Murciae Carthaginense; dicendam ad causam  
 Templarios, cum Pro-Magistro suo Rode-  
 rico Ivanio citat; comparantibus pedicas  
 injicit Rex, Bona Episcopis, quoad cogno-  
 scatur causa, in sequestrum creduntur.

Salmanticae illustri Vestonum, modo  
 regni Legionis Urbis cogitur Praesulum Sy-  
 nodus provinciae Compostellanae, adfunt:  
 Rodericus Compostellae; e Lusitania Oly-

Opponis Joannes, e Gallecia, Joannes Tudensis, Rodericus Moridoniensis; e Regno Legionis Alphonfus Asturicensis, Consalvus Zamoniensis, Alphonfus Civitatenfis, e Castella veteri, Petrus Abulensis; ab Extrema Dura, dominicus Placentinus, & ex plaga Hispaniae nobis incomperata Valcus Ildigitanus vincti, & supplices, simul innocentes pronunciantur, cum in suffragia per Patres itum, summa tamen sententia Clementi, atque Concilio Viennensi reservata.

In Anglia Robertus de Vinchelse Arch-  
Episcopus Cantuariensis, \*) ipsiusque Suffraganei, Rossensis, Londinensis, Lincolnensis, Cicestrensis, Vintonensis, Exoniensis, & Bathoriensis, Conventriensis & Lichfeldensis utrique uniti, Sarisburiensis, Vellensis, Glocestriensis, Vigorniensis, Herefordiensis, Eliensis, Norvicensis, Oxoniensis, Petriburgensis, Poristoliensis, Laudasensis, Baugoriensis, Menevensis seu S. Davidis. Assaphensis; Provinciam Synodum mense Majo agunt Londini. Templarii famam facti non crimen, nisi fors paucissimorum particulariter, & in latibus delinquentium, haud tamen se purgant, quin potius convicti sceherum, perpetuae subiciuntur poenitentiae singillatim in singulis egerdae coenobis nec a probitate desiscabant imposterum. Bona hospitali S. Joannis, Rho-

\*) Vid. Append. II. Praefat.

diorum subinde cessisse constat, super quibus Epistola Avenione Cal. Sept. scripta Regem Eduardum hortabatur Clemens Papa.

MARIANA Lib. XV. Cap. X. NATALIS  
Tomo XVI. Diff. X. Quæst. II. Art.  
I. Num. IX. PUTEANUS Part. III.  
RAYNALDUS Tomo XV. Num. III.  
VATSINGANUS sub Eduarda II.

ANNUS CHRISTI MCCCX.

ORDINIS CXCIIL.

**P**RID. Id. Mart. die Sabbathi continuatur memorata in Ordinem quaestio generica Commissarii, per absentiam tamen Narbonensis, quartum confident in eadem semper Camera Lutetiae, praesentibus etiam ob scribendi necessitatem Notariis publicis Floriamonte Dondedei, Bernardo Filholi, Guilielmo Radulphi, Hugone Nicolai, Bernardo Humbaldi, & Joanne de Felunis. Statutis coram se LXXV. qui ad Ordinis tuitionem se obtulerant Templariis. Commissarii iterum legi curant commissionem inquirendi sibi a Pontifice Clemente datam, & adjunctos eidem Articulos interrogationum, dein lingua etiam Gallis vernacula satis declarant utrumque. Percontantibus vero in prato Episcopi Parisini Templarios Notariis, an super quo monebantur per Commissarios, de Procuratoribus instituendis contrulerint capita, qui per Petrum de Boquois scribenda distari curarunt.

Esse sibi caput, sine cuius assensu nec deberent constituere Procuratores ipsi ad defensionem prompti; Articulos autem, quos Papa miserit fidem haud mereri, ut falsos, & foetus inimicorum, ac susurronum, Religionem templi mundam esse, ac sine macula ab omnibus peccatis Articulorum textu comprehensis; contrarium dicentes; infideles habendos, & haereticos, zizaniaque seminare conari; quae parati sunt omni meliori modo tutari, si personae in libertatem repositae admittantur personaliter ad generale Concilium, praesentes ibi fratres vices absentium agant, cuncti nihilominus liberi non captivi. Fratres Ordinis partim vel omnia crimina dicentes esse vera mentirosos, & metu mortis dixisse, nec debere ista Ordini praepjudicare aut personis; quae mortis terror, ac tormenta extorserunt, alios dicere fecit vita horum tortura, alii fors diversis artibus pelli, pretio pariter & minis. Orant calamitosis administrari iustitiam, ac Sacramenta Ecclesiastica.

Petrus de Bononia haec scribenda dictarat ajens se generalem Ordinis Procuratorem existere, sub aeterno ad Curiam Romanam constituto, authoritatem sibi esse, animumque Ordinis communi omnium nomine, quo melius quiverit defendendi.

VII. Id. Apr. die Martis in Sacello S. Eligii Aulae Episcopali contiguo sub V. Sessione coram Compissariis adiunt fratres

Templi, Raynaldus, aut Reginaldus de Pruino, & Petrus de Bononia Presbyteri, Guilielmus de Chambonet, Bertrandus de Sartiges, atque Guilielmus de Fuxo milites, fratres Joannes de Monte Regali, Mathaeus de Creson-Essant, Joannes de S. Leonardo, & Guilielmus de Guirifaco, caeteri ad numerum LXXV. quot supra in defensionem Ordinis se offerentes, ac schedam quandam exhibent dicto a Petro lectam:

Procuratores constitui non posse, non debere, nolle Magistro, & Conventu absentibus. Admitti petunt, ubi agendum de Ordine, ad generale Concilium, ituri, qui liberi, nequeunt Procuratorem Fratrem Ordinis nomine, ac vice sui constituturi. Indultam verbo, scripto, vel Secus pro Ordine agendi facultatem Reginaldo de Pruino Petro de Bononia Presbyteris, Guilielmo de Chambonet, ac Bertrando de Sartiges militibus; testati non se consentire, si praesens quaternio praejudiciosi quippiam contra Ordinem incaute committeret. Protestari super iis, quae Ordinis fratres prece, pretio secus corrupti, minis adacti, ac terrore adversum se, suosque facti sunt, parati contraria docere, ubi fuerint liberi. Illos e converso sepiendos custodia, quoad eliceretur veri an falsi fuerint assertores.

Fratrum examini nullus adsit e seculo; aut aliter suspectus. Conterritis tot per ad-

veritates fratribus mirum plus tribui mendacibus fidei, & corruptis, quam mortem per tormenta, ut Christi fecere Martyres, sustinentibus, cumuloque calamitatum suos intra carceres adhucdum subjectis. Nullum extra Gallias crimina contra Ordinem asseverasse, unde palam esse possit corruptio apud Francos duntaxat illa fassorum; Ordinem Templi ad expugnandos fidei Christianae inimicos conditum; in Jerosolymitana Regione Christi vestigiis consecrata religionem Sanctam, mundam, immaculatam, regularem vigere observantiam.

Vota receptorum quatuor praecipua paupertatem, castitatem, obedientiam, ac Palaestinae vel propugnationem, vel certe, ut hunc res est, expugnationem. Tyronem ad pacis receptum osculum, habitum cruce conspicuum indutum, regula & moribus veteribus imbut, isthanc professionem universis Templi fratribus communem orbe toto servatam in diem hodiernum. Errare asseverantem contraria, discedereque a tramite veritatis; falsos id circo esse, mendacesque obiectos Religioni Articulos, falsos Christianos, vel omnino haereticos; qui Papae Regique talia suggererint. Alios Apostatas; & fugitivos, ut oves scabiosas ab ovili, rejectos ab Ordine, concordem, licet diversis adducerentur e regionibus in sua fassione, ut revera sabornati sint, & ad dicenda instructi;

ex quibus omnibus id evenit, ut ipsi Ordinis fratres diversis adacti mediis passionibus illorum adstipularentur, Rex ita, & per eum Papa deciperentur, Commissariis nefas de jure procedere, non enim ante captivitatem Articulorum laborasse infamia, non famam publicam contra Ordinem laborare, neutros tuto consistere loco, verum subjectos potestati falsa regi in dies horasque suggerentium, & captivos ne a passionibus recedant incendio deterrentium. Vi per tormenta fati coactos haec, libenter si audeant redituros; statuendum iis de securitate liberae passionis in imminens examen.

Haec protestari salus semper datis, danisque defensionibus, irritis autem futuris, quae in damnum, & praejudicium Ordinis vergere quirent. Joannes de Monte Regali suo, & fratrum Ordinis in domo Richardi de Spoliis asservatorum nomine, aliam defendendi gratia Ordinis Templi schedam porrigit.

Proponere fratres vim nonnullis illatam a Curia seculari falsa ut faterentur, eamque a Judicibus contra vim Privilegiorum etiam pedaneis, orare tales passionibus a Pontifice, cujus duntaxat subessent potestati irritas declarari. Privilegiis absque Magistri assensu renuntiare nulli fas, nec asseverare falsum cum Ordinis praejudicio. Si passus quippiam Magister sit, alique, vi privilegiorum habendum irritum, irritas per Papam pronuntiat

tiandas ideo tales particularium fassiones. Sacellanos nihilo secius, ac alterius Ordinis Religiosos sacra pro aris facere, atque consecrate. Bonifacius Papa quemdam ejectum ab Ordine P. de Sencio dictum orantem voluit recipi postliminio, receptum in terra sedere, atque sic manducare Anno, & die coactum, neque pro scelerato facturum id fuisse, ex Ordine Fratres LXXX. die cinerum per hostem captos ensi subicere cervicibus, ac deficere a Fide Christi maluisse, non facturos certe id, si, quales describuntur, extitissent. Ecclesiam sibi perpetam interdictam, orari restituendam a Papa. Peti ab eodem fratre accessum ad Commissarios, & agendi, quae ratio, veritasque suaserint facultatem.

Qua Schedarum lectione audita reddunt Commissarii, non in sua vel captivos, vel eorum Bona esse, aut Papae potestate, unde neque haec restitui, neque illos dimitti quire. Infamiam Ordinis liquere de litteris Papalibus, atque juxta has procedendum sibi. Nil obesse Ordinis privilegia inquisitorum Fidei, & Praelatorum Authoritati, manitorum Apostolica potestate, legitime Ideoque processum abs illa. Magistrum praesentem coram Commissariis etiam monitum noluisse Ordinem defendere, quod se diceret Papae reservatum, & illi soli responsurum. Ad caetera verbo, vel scripto petita non extendi Commissionis auctoritatem, & curae eam

Episcopo Praenestino summo custodiae Praefecto, ut captivi habeantur postmodum laevi. Recipienda deinceps aequanimiter, quaecumque Fratres Ordinis pro defensione habuerint porrigenda.

III. Id Apr. Sabbatho ante dominicam Palmarum, sextana Sessionem agunt Commissarii in dicto sacello per absentiam Tridentini Archi-Diaconi, statumque admittere delectos illos in defensionem Ordinis: Petrum de Bononia, Reginaldum, Chambonnetum, & de Sartiges ad audiendas examinandorum sessionum sessiones, qui etiam per custodes suos Praepositum Pictaviensem, ac Janvillam adducuntur. Testes vero dicendae veritati super Evangeliorum codice iurejurando se adstringunt, salvo quaternis Templi Fratribus relicto iure contra personam, & sessionem cujuslibet agendi, ac excipiendi.

XVI. Cal. Mai. die Jovis, seu Coenae Domini, sub septima sessione in Sacello memorato Petrus de Bononia, ternique collegae schedam commissariis exhibent, legit ille.

Actum contra se non jure, sed per violentiam, & furorem. Captos fratres Templi tota Gallia, in castris, in carceribus, tortos, succubuisse tormentis alios, vel certe debilitatos, & liberos privatos arbitrio, professari talium sessiones haud trahendas in Ordinis praesudicium. Libertatis, vitae, mediocri vivendi sponte, regisque delictos di-

plomatibus quosdam, ut contra Ordinem aliquid faterentur, palam id esse, protestari, quò nil Ordini præjudicent brobanda pronus.

Esse pro Ordine bonas præsumptiones, nec ullum tant fatuum, qui nomen illi daret cum animæ perditione. Viros nobiles diversarum regionum; magnæque exultationis ad exitum usque in ipso perseverasse, non perseveraturos, aut reclamatuos certe, si objectas captis perversitates advertissent. Peti per dictos IV. fratres Pontificiæ Commissionis Bullæ, ac adjunctorum illi articulorum copiam, nomina testium cunctorum, & hos, qui jurarint, separandos ab aliis, qui nondum, præscindendo sermonis commercio, sibi vero indulgeri facultatem contrætorum personas, verba, tactaque dicendi, quæ in rem videbantur. Addendum iurjurando neminem a se informandum, falsionem scandali metu revelandam nulli, quam præbuisset: monendos veritatis dicendæ testes, cuncta epim futura clam ante noticiam Papæ. Querendum ex custodibus fratrum Templi, quali cum falsione in carceribus nonnulli decesserint. Ex fratrum aliis Ordinem se defendere nolle testatis cui istud? quibus nihilominus veritas debeat constare.

Significant Commissioni Adamum de Valincuria nobilem militem ab Ordine Templi transgressum ad Carthusianos, reversum ab

his paulopost, & postliminio receptum, ex Ordinis disciplina, nudum, inque solis femoralibus Nobilium, & Consanguineorum sub conspectu, ac exteriori porta iisse ad usque Capituli locum, genuflexum misericordiam ibidem orasse a Praeceptore, ac recipi rursus inter lacrymas petiisse, poenitentiam in terra manducantem, egisse anno solido, feriis VI. pane, aqua vixisse, diebus dominicis nudum inter Missarum solenia flagellum excepisse a Presbytero, sic recuperasse vestem regularem, sic restitutum fratrum consortio. Hunc Adamum Lutetiae modo praesentem peti vocandum, & iurando stringendum, ut supra dicta fateatur, non enim perverisae gratia Religionis ipsum id poenitentiae subivisse videtur verosimile. Qua Scheda perlecta, Commissarii copiam Commissionis memoratae, articulorumque scribi per Notarios faciunt.

VI. Id. Mai. die Dominico in dicto Sacello pro Sessione octava conveniunt Commissarii, usque Petrus de Bononia suo, & Collegarum nomine proponit. Esse Commissionem istam ad inquirendum contra Ordinem Templi, congrua per Pontificem instructam facultate, e nonnullis tamen vero non dissimilibus conjecturis mentis quempiam Processum Senonensium ab Archi-Episcopo, ac eius suffraganeis, in provinciali concilio, crastinam in diem Lunae huc Lutetiam convocato, erigendum contra complures fratrum,

qui Ordinis ut supra susceperunt defensionem, a qua ii hoc facto utique avocarentur.

Interposita superinde appellatio nec lecta rejicitur a Narbonense, veluti nihil ad se, suosque pertinet. Monet, offertque porro, si quid Ordini defendendo ulterius dicendum, vel porrigendum restet, prompte audiendum, & recipiendum, qua de causa frater Petrus Commissarius Schedam exhibet continentem:

Processum Senonensis, qui metuatur de jure fieri stante Commissionis istius Inquisitione haud quire, interponi Appellationem executionis contra personas, illorum vitandae gratiae, ad Papam, sedemque Apostolicam voce, ac scripto, personas, jusque Ordinis totius ejusdem protectioni subjacere. Peti corrigendam in Consilio sapientum Appellationem ipsam, impensasque administrandas de Bonis Ordinis sufficientes. Mitti ad Pontificem infra legitimam Appellationis tempus Protestari, velle se cuncta rite defendere, orari nihilominus Commissarios, ut Senonensem, suosque, ac caeteros Franciae Praelatos inhibeant ab omni novitate. Appellationem & coram ipso interponendam; optari vero instrumentum ejusdem confici a praesentibus Notariis, ac ipsam omnibus Galliae Antistitibus per Commissarios suo modo notam reddi.

Scheda haec egressis Sacello fratibus perlegitur, qua audita Narbonensis celebrandae

vel audiendae Missae gratia pariter abscedit; caeteri autem Magalonensi Archi Diacono tunc superveniente praemissa consultatione, dein advocatis templi fratribus ajunt: se collatis eadem adhuc die cum Narbonense capitibus quantum licuerit sub Vesperis dictae Schedae responsuros, ad quod Tempus fratres a Petro de Verecio custode reduci etiam praecipunt. Ipsi vero Petrus de Bononia, & Collegae medio tempore coram Senonense quoque a suis memoratam superius appellationem interponunt.

Idib. Mai. die Veneris in Vesperis Novariae in Sacello conveniunt Commissarii, fratribusque productis respondent: Habere Commissarios, habere Senonensem delegata sibi negotia auctoritate utrobique Apostolica; diversae illa utraque naturae, nec unus in ambobus scopus; facere Commissarios, nec omittere Senonensem, quae mandata sibi novit, hunc illis obsistere posse nulla tenus, sed in adversum a Commissariis, quominus jussis Papalibus satisfaciat Senonensem neutiquam posse inhiberi, at se ulterius etiam consultaturos quid actu opus.

Dum sic Pontificii Quaesitores contra templi procedunt Ordinem, Clemens Papa plura restare, quam quae ad Cal. Sept. Anni labentis absolvi quirent peragenda; Concilium Vienense hoc alioquin celebrandum, uno adhuc prorogat Anno, literis publicis Frid. Non. Apr. Avensione elargitis ad Coa-

stantinopolitanum, Gradensem, Aquilejen-  
sem, Jerosolymitanum Patriarchas, eorum-  
que suffraganeos, Archi-Episcopos dein,  
ac alios Antistites, quos & longum foret,  
neque legentium careret taedio, cunctos  
recensere: Reges postmodum, Principesque,  
Philippum Francorum, Eduardum Angliae,  
Robertum exterioris Siciliae, seu Neapolis,  
Jacobum Balearium, Ludovicum Navarrae,  
Dionisium Portugalliae, Henricum II. Bo-  
hemiae, Henricum, vel Amalricum Cypri,  
Ericum, VIII. Daniae, Haquinum VII. Nor-  
vegiae, Fridericum Trinacriae, Birgerum  
Sueciae, Henricum Romanorum, Carolum  
I. Ungariae. Tertiae sunt Patentes loco, ac  
die iisdem Clementis Litterae, quo omni  
hominum generi nota palam redditur Con-  
cilii Viennensis in unum adhuc Annum pro-  
rogatio. Quin novo ad X. Cal. Dec. Ave-  
nionis iisdem mandato Cisterciensis, & alii  
quidam Abbates, Ordinumque, aut Coeno-  
biorum primores ad Concilium eo modo pro-  
rogatum venire jubentur.

Medio tempore Philippus Senonensis  
Archi-Episcopus, id quod superius etiam  
insinuat, V. Id. Mai. feria II. provincia-  
lem Synodum cogit Lutetiae cum suis suf-  
fraganeis Parisino, Trecense, Antisiodo-  
rense, Nivernense, Carnotense, Aurelia-  
nense, Meldense, ubi excussa Templi Equi-  
rum Causa decernit, quosdam ex ipsis ab  
Ordine simpliciter absolvi, alios dum injun-

Etiam sibi obierint poenitentiam, libero abire sinendos gaudere, Arcta quospiam servandos in custodia, nec nullos perpetuo stringendos carcere, quospiam relapsos, velut haereticos gradu moveri hominum religiosorum ab Episcopo, sic potestati tradi secularis Magistratus. Et horum quidem LIV. altero die IV. Id. Mai festo SS. Nerei, & Achillei Martyrum extra Lutetiam Urbem in campo Abbatiae Monialium S. Antonii propinguo singulis nudis alligati palis incendio puniuntur.

Eadem fors IV. aliorum hic Parisiis, IX. Silvanecti Insulae Franciae; quorum istos Provinciale Rhemensis Archi-Episcopi, & ejus suffraganeorum Svesionensis, Laudunensis, Catalaunensis, Noviomensis, Bellovacensis, Ambianensis, Silvanectensis, Bologniensis Concilium condemnabat. Flamma pedibus prius admota, sensim grassabatur in superiora, dum lictores absque ambagibus significarent, si sponte se faterentur reos, liberos fore, ac sine poena, quare appropinquantes Amici, & Consanguinei monent, obsecrantes non absque lacrimis, ut prompta viam redimant confessione, sed demum, quod in proverbio, Ethiops lavabatur.

Hortendi omnium feriebant aethera clamores, una eaque constans vox: fassiones e se in iudiciis, & sub jurisjurandi religione factas prius falsas fuisse, innocuos se in-

jectos flammis, mentitos, num, quia vi, ac tormentorum metu coactos, invocati testes conscientiae Deus omnipotens, Sanctissima ipsius Genitrix, divique Coelites omnes, stupebat ad haec attonitus populus, imo nonnulli praesertim Coenobitae Ossa enectorum, ut Martyrum asservanda noctu clam diripiebant.

Spectaverat reliquos inter haec supplicia Joannis Boccati nondum nati pater, & de populi murmure innocentiam Templariorum se didicisse filio subinde narrabat. Arripuit avidè Joannes, & quasi vel vulgo, vel advenae nec in re laeta Mercatori arcana judiciorum e vestigio patuerint, pro explorata veritate ad posteros transmisit. Ossa Joannis de Tureyo Equitis, cui custodia Thesauri in domo Templi Lutetiae credita olim fuerat, dudum vita functi, velut haeretici exhumata rogo pariter injiciuntur.

Coactae per alias etiam Regiones Synodi Provinciales. Moguntiae in Germania ab Archiepiscopo Petro V. IV. III. Id Mai seu Feriali II. III. & IV. post dominicam Jubilate; ubi XLIX. testes in Quaestionem vocati praestito prius veritatis dicendae Jurjurando nil se scire de Templariorum criminibus confitebantur. Aliud Moguntinum Concilium in Annum cccccxii. seponimus, cum enim Auctores plerique omnes memorent coactum, ut lata in Templarios Sententia effectui tradatur, ac executioni,

quod ante finem Viennensis Concilii, circiter Apr. Maique divortia c1000cxii. terminati heri nequivit; Serarius autem Scriptor Moguntinus, & cui domestico quippe, ac Archi-Episcopalis Tabularii quod credimus non peregrino, plus caeteris deferendum existimamus, utcumque & ipse Concilium isthoc Provinciale ad Annum praesentem recensent, in quodam deprehenderit Manuscripto, celebratam & Anno c1000cxiii Moguntiae Synodum, sive una eademque cum priore ista extiterit, sive lapsus inter venerit aliquis, agere nos credimus non inconsulte.

Alioquin Apostolica Bulla praeeperat Petro Pontifex, ut mutuo Archi-Praesulum Magdeburgi, Treviorumque Augustae consensu dies praestituatur, quo uno, eodemque omnes tres per suas provincias Templarios in casses, pedicasque conjiciant, Bona eorum occupent interim, & conscripta libris inferant, memorialibus sedi submittendis Apostolicae. Petro porro, omisso nec petito Sociorum assensu, suis tantummodo consultante cum suffraganeis, dictum ad Annum c1000cxiii. luculentius memorandis, Magdeburgicus talismodi mandata sibi missa nihilofecius, ac Moguntino per Clementem, exequi connititur, at in furorem discrimine talismodi acti vicini Templi Equites, dum proximus ardet Ucalegon per Moguntinam ditionem grassati detrimenta Petro afferunt

ingentia, injuriasque, hic irritatus pariter, per Halberstadiensem suum suffraganeum Censuras Magdeburgico, quod se inconsulto rem tentare praesumpserit, jubet impingi, Bulla Clementis VIII. Cal. Octobr. dissolvendas, postquam improbe latus adverterat.

Balduinus Comes Luxemburgius, Henrici VII. Imperatoris frater, Archi-Episcopus, & Elector Trevirensis Ordine XXII. in Concilio suae Provinciae praesentibus e Locharingia Suffraganeis Metense, Tullense, Verdunense; testes examinat XVII. sed nullum ii Templi Equitum crimen sibi constare asseverant; super quo instrumentum litterarium rite, ut solet, confectum Balduinus Archi Praesul mox ad Clementem destinat.

In Italia Raynaldus Ravennas Archi-Episcopus coacto ad VI. Id. Oct. Caesenaе suae Jurisdictionis Vrbe provinciali Concilio, ad excitis Suffraganeis Adriense, Ariminense, Bononiense, Britinoriense, Burgi S. Domini, Caesenate, Cerviense, Comaclense, Cremense, Faventino, Ferrariense, Foroliviense, Imolense, Mutinense, Parmense, Rhegliense, Sanlinateae; Quaestionem orditur, quamvis porro VII. Equites Templi se reos negarent, Ordo tamen publicae subiectus corruptelae neutrquam purgatur; cunctorum ergo sciscunrur sententis: absolvendis innocuis, rei puniendi. Innocuos caeterum habendos, falsos quidem nonnulla

sub tormentis; sed dicta postmodum sua revocantes, aut torturae metu iterandae revocare, si constet id, non ausos; Bona servanda innocentibus, si majorem faciant partem Ordinis, & rei haeresin detestari. Scelerum expendissent in Religione poenas. Sub eodem Raynaldo Bononiae paulopost Templi Equites objecta sibi per Synodum crimina constanter non minus, ac generose negantes, quia fors nec aderant adversum testimonia, comunibus Patrum suffragiis liberi pronuntiantur.

GUIDO, in *Clem. V.* LABBEUS ET COS-  
SARTIUS *Tomo VII. sub Conc. Vien.*  
NANGIUS *Cont. in Chro. I.* NATALIS  
*Tomo XVI. Sect. XIX.* PUTEANUS  
*Par. III.* TRITHEMIUS *Annal. Tomo*  
*II. sub Henr. Ab. XXX.*

ANNUS CHRISTI CIOCCXX  
ORDINIS CXCIV.

QUAESTIO adversus Templi Ordinem in genere durat hucusque. Cum autem finis eidem imponendus videretur, Commissarii scribunt G. Bajocensi Collegae suo, ut Pontificis mentem super eo exploraret, cui probata omnino Commissariorum Acta rescribit Bajocensis, nec displicere addendam coronidem, nisi fors quaequam adhuc ex partibus Asiaticis expectanda sint; se quidem ad E. Narbonensem nequire proficisci ad

locum, ubi fuit inchoata contra Ordinem Templi Quæstio, adesse quippe coactos Senatui Regio (Parlamentum vocant) apud Pontiffaram Insulae Franciæ collecto, vi officiorum. Ergo caeteri Commissarii Non. Jun. Sabbatho post Pentecosten Rege requirente Abbatiam regalem Pontiffaræ propinquam adeunt, ubi collatis Sententiis post examinatos cccxxi. a se, per ipsum vero Papam lxxii. testes, nullo horum comparente amplius, & appropinquante Concilii universalis termino, quod Stephanus S. Cyriaci in thermis Presbyter Cardinalis processum inquisitionis ocyus mitti expetebat, ei sinem litarunt, instrumentumque debite confectum, uti jubebantur per Bajulos, Chartardum de Pennavaria Canonicum Sancti Juniani, & Petrum de Aureliaco legum licentiatos Pontifici mittere, quod & præstant memorata die Non. Jun. in Abbatia regali prope Pontiffaram sub sigillis, ne acta prius, quam a Pontifice legantur, cuiquam queant patescere; præsentibus ad actum hunc Guidone S. Pauli Comite, ac Guillermo de Plezano militibus regis, Guaufrido de Plexejo Papæ Notario, Magistro Amisio de Aurelianis, Floriamonte Dondedei, ac caeteris supradictis publicis Notariis. Hic finis genericæ contra Templi Ordinem Papalis Inquisitionis.

Quam contra particulares ejusdem peregerant personas Tarazonensis, Toletanus,

## 906 CHRONICI TEMPLARIORUM

Composellanus Archi-Praesules, ac Valentinus, Seguntinus, Elborensis, alii Episcopi appropinquante Synodi Oecumenicae termino mitti sibi praecipit Pontifex. Ne autem & plurimum, quod nonnullis evenit, ludatur Praesulum industria, torurae usum indulget Literis IV. Cal. Sept. e Prioratu de Grauselo Bizantinum ad Patriarcham, Nigropontanum in Eubaea, Famaugustanum, & Nicosiensem in Cypro, Herdensem, ac Vicensem in Hispania Episcopos exaratis; scribit imo & Jacobo Arragoniae, Ferdinando Castellae, Dionisio Lusitaniae, Amalrico Cypri Regibus opem, seculari, quod vocant, brachio ferre Antistitibus velint, perficiendo negotio inevitabiliter necessariam, nec vel hi, vel praesules suam in detegendis Templi militiae sceleribus diligentiam passi desiderari effecere toti cognatum orbi, qui Ordo Equester foedissimis haeresion, aliis erroribus contaminatus, ac extant in Tabulario, moleque Adriani, seu arce S. Angeli sive Vaticana in libraria Judiciorum in Templarios universa suis sub sigillis Authographa.

Philippus interim Rex cum seu ex praemissa generica inquisitione, sive aliunde Templariorum de Ordine, palam ea liquerent, ut cum opporret merito extinguere VI. Non. Mart. Matiscone Pontifici offert, non dissenturum se, quo minus Francia eorundem bonis vel erigendo novo, vel pristino cuiuslibet militiae Ordini in subsidium terras Sanctae

conferantur, modo Regia ipsius, Procerum, Sacri, ac profani Ordinis, Nobilitatis, subditorum Jura, qualla Templariis nondum captis fuerant, salva praesentur.

Adest tandem dies dicta Concilio Oecumenico Viennae Allobrogum, seu Delphinatus, pro ripis Rhodani, celebrando, quod in Oecumenicorum Ordine XV. Cal. Oct. Accedunt Clemente V. cum Pontifice Cardinalibus Alexandriae in Aegypto, & Antiochiae Syriacae, Patriarchae latini ritus. In Episcoporum Numero Scriptores dissident, quidam enim non ultra cxiv. alii tamen ccc. plures numerant, sed hi provecum, pluribus in dies affluentibus, illi caepum duntaxat respexerint Concilium, nec enim credibile cunctos ipso statim affuisse principio. Nec desiderabantur grandi numero Inferiores Praelati, Ordinum Religiosorum Capita, Sacrarum Scientiarum, Legumque Doctores, Oratores Principum, XVII. Cal. Nov. Sabbatho ante festum Beati Lucae Evangelistae Metropolitana in Basilica prima Sessio.

Clemens assumpto themate: *In Consilio pastorum, & Congregatione, magna opera Domini.* causas cogendi concilii declarat fuisse ternas. Primam Templariorum, ac Ordinis graui haeresion & criminum infamia laborantium; alteram expeditionis in Terram Sanctam, ac ferendi eidem subsidii; Morum & status Ecclesiastici reformando-

## BOſ CHRONICI TEMPLARIORUM.

rum tertiam, de his consultandum a Patribus. Ac ad primum quidem cum aliorum sententia esset; concedendam Ordini Templi fuisse defensionem, neque Corpus Ecclesiae membro sicut nobili truncandum omiſſis rigore Juris, & per diligentem excussione. Alii ex aduerso contenderunt, moram Ordini extinguendo praemittendam nullam, gravis scandali ergo aduersus eundem tota Christiana Republica suscitati, erroribus ipsius bis mille pluriumve testium assertione jam probatis. In posterius istud gravissimam Praesulum aliquis virtute pariter, ac doctrina conspicuus (Guilielmus Durandus, Non mindensis in Germania, aut certe Mindoniensis in Gallacia Hispaniae, sed Mimatenſis in Gallia fuisse existimatur) dicit Sententiam, dignam, quae Raynaldi Baronium in Ecclesiae Annalibus excipientis penna laudatissima transiret ad serae posteritatis notitiam. Volente nihilominus Pontifice Patres, qua junctim saepius plures qua seorsim quidam vestigare occipiunt Inquisitionum per provinciales Synodos institutarum seriem, diligentia, sedulitate, peritia, assiduitate, ingeniorum acrimonia, & subtilitate praestantia doctrinae, maturitate judiciorum, Justitiae studio, partialitatis omnis execratione de quibus nemini fas dubitare.

Hac eadem Sessione Innocentii VIII. fama vindicatur; loque pronuntiatum Innocens, cujus ut haeretici ossa exhumanda, flammis-  
que

que absumenda summis, ac cassis conatibus  
urgebat Philippus Rex, unde neque Cle-  
mentem hunc, nec totam Oecumenicam Sy-  
nodum utriusque adeo, ut quae ipsis collibue-  
rant, effecta etiam date potuerint, obno-  
xiam fuisse, ac proinde Templariorum con-  
demnationem, quae sequebatur, Clementi, &  
Philippo solis, utrunque Divorum Cata-  
logo Romanum ad ritum inscripti nondum  
essent, falso adscribi, quia si quid cum fun-  
damento speretur oggeri posse, sumpta sua-  
rum assertionum satis probandarum necessi-  
tate, Concilium universale potius, cui ta-  
men Patres, doctissimi que Viri, alii singil-  
latim etiam ad retundenda illegitima, & in-  
justa ejusmodi Postulata, probe animo sibi  
constantes non defuerint, impetendum fa-  
cile conficiat.

*GUIDO in Clem. V. Natalis Tomo XVI.  
Sed. XIV. Dis. X. Quaest. I. PUTEA-  
NUS Par. III. RAYNALDUS Tomo XV.  
Num. 59.*

**ANNUS CHRISTI CIOCCXII.**

**ORDINIS CXCIV.**

**P**REVENTUM tandem ad annum nobilissi-  
mo condam, & Ecclesiae utilissimo  
Templariorum Equitum Ordini exitialem,  
quo nempe lata in eum per Oecumenicam  
Viennae Synodum sententia ipse Ordo, ve-  
stis, regula, nomen, omnisque memoria  
extinguebatur.

## BIO CHRONICI TEMPLARIORUM

Clemens Papa percepto Philippi Regis, VI. Non. Mart. Anni superioris diplomate, Bulla sua VIII. Id. Mart. expetitam memoratis tum Juribus spondet securitatem. Examine inquisitionum contra Templi Ordinem per Synodos provinciales institutarum, ac bis mille, plurimive testimoniorum curatissima Patrum opera excussorum totam hyemem perdurante XI. Cal. Apr. feria IV. Sanctioris hebdomadae convocatis Cardinalium, & Patrum praecipuis Pontifex privato, coque clauso in Consistorio constituit damnandum utrique Templariorum Ordinem, & cum tota sui memoria penitus abolendum, quae quidem Consistorii sententia, altera Patrum, seu Synodi Oecumenicae Sessione III. Non. Apr. feria II. post Dominicam in Albis legabatur.

Aderant, Philippus Rex magno Procerum utriusque Ordinis Comitatu media urbem ingressus quadragesima, dextra Papae nunc prae caeteris omnibus, sede tamen inferiore collocatus; Carolus ejus frater, filii tres, Ludovicus primogenitus Rex Navarrae, Philippus, Carolus, Papa Clemens Sessionem hanc alteram auspicatorum sumit thema: *Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in Concilio justorum* meditataque Oratione hortatur Patres ad suffragiorum concordiam, & immania sine poenis non relinquenda scelera; quare Synodus Patrum integra non memoratam tantum Con-

detractionis latam in Consistorio, summo consensu animorum approbat sententiam, verum explanat etiam; delendum Templi Ordinem, regulam, nomen, habitum, memoriam omnem, ne ullus deinceps Templarium se appellitare, aut regularem vestem ipsorum induere praesumat, ni ferri velit anathemate, ac fidelium communione moveri. Non id quidem factum per modum definitivae sententiae, cum Ordo, ut talis convictus nondum haberetur, verum provisionis potius, & ordinationis ex plenitudine auctoritatis apostolicae.

Audiebat haec Jacobus de Molay Magnus Magister, cum primorum Templi nonnullis, quos adduci a Pontifice huc jussos alias jam diximus. Bona extincti Ordinis sciscuntur danda Hospitalariis S. Joannis Jerosolymitani in impendia prosequendarum Orientalium ad recuperandam Palaestinam expeditionum, praeter Hispano-Lusitanica rotundendis Maurorum invasionibus applicanda. Personas particulares, Magnum Magistrum, Visitatores Franciae, Normanniae, Aquitaniae, Pictaviae, Provinciae, nonnullosque magnos terrae Sanctae Praeceptores, relinqui auctoritati sedis Apostolicae, dicendaeque per Papam personaliter, vel medio Commissariorum sententiae. Caeteros Synodorum Provincialium subjici judicio, et qualitate vitae, delictorumque mensura diversa sorte gavisuros; absolutos ab errore

## DE CHRONICO TEMPLARIORUM

bus alendos pro sui status exigentia de Bonis condam Ordinis quoad vixerint, velle nihilominus regulari detracta. Crimina confessos habita conditionum, factaeque confessionis ratione tractandos rigore, ut videbuntur digni, misericordia temperato. Circa pertinaces in delictis, nec poenitentes sed relapsos Justitiam, & Censuram Canonicam servandas. Quaestionibus subjectos negantes tamen, experiri oportere Justitiam cum aequitate Canonum, collocandos singulos in domibus condam Templi, aut aliorum ordinum Religiosorum, impendiis extinctis Ordinis, sed nusquam multos simul. Fugitivos, neque dum examini subjectos Edicto publico, vel ad generale istud, vel peremptorie infra decursum unius Anni ad Dioecesanorum suorum praesentiam quandos personaliter in iudicium, ac si tempus infra tale prompte se stiterint, feriendos anathemate, illud annum solidum si sustinuerint, haereticis nil ruitus damnandos.

Quae Concilii sententia Edicto Pontificio ad VI. Non. Maii Vienna ibidem enlargita nota in publicum redditur. Damnari, delendumque censei Ordinem non per modum definitivae sententiae, cum ea super hoc secundum inquisitiones, & processus super his habitos non posset ferri de Jure, sed per viam provisionis, seu ordinationis apostolicae.

Haec nihilominus ipsa, uti e Clementis, si tamen omnino sua sint, verba apud quos-

LIBER I  
dam, si via Justitiae Ordo iste destrui non potest, fiat tamen via expedientiae, ne scandalizetur charus filius noster Rex Galliae, recentiorum temporum scriptoribus, praecipue Sedis Romanae adverariis multam cavillandi, calumniandi que, quasi Templarii per injuriam forent oppressi, materiam praebent.

Aliud eadem die mandatum dirigit Pontifex ad Praelatos, quaeque egisse olim sciebantur Templi Milites, quibuspiam minimum possedisse, ut in horum Bona Hospitalarios S. Joannis, seu Rhodios inducant. Specimen ad Nicosiensem in Cypro Ecclesiae Archidiaconum, & Cantorem, Thesaurariumque Paphensem in collectione Conciliorum superest, non aliis verbis, recte ad Patriarchas, Metropolitans, & Praesules caeteros destinabatur. Longa iterum omnium Regestris Papalibus series, & in hac Thomas I. Strigoniensis, Vincentius Goldcentis, Petrus Quinque-Ecclesiarum, at cursum si nulla Templi Equitibus per Ungariam Bona.

Pridie Non. Mai festo S. Joannis ante Portam Latinam, & Sabbatho infra Octavam ascensionis Domini tertia, ultimaque sessio celebratur generalis Concilii, cujus acta reliqua quod ad rem extincti Ordinis Templi nil pertinerent, omittimus consulto. Quare dimissis ad sua Patribus Clemens etiam egressus urbem Viennam, Liveroni

## IIA CHRONICI TEMPLARIORUM

Valentinae Dioecesis praecipiebat XVII. Cal. Jun. temporariis, qui constituti fuerant, Bonorum sublati Ordinis administratoribus, quatenus eadem Hospitalariis utique resignent. Postmodum ut & sua primoribus Templi Magno Magistro, Visuatoribus, & Praeceptoribus sedi Apostolicae reservatis pronuntietur sententia XI. Cal. Jan. Commissarios renunciat, Arnaldum Episcopum Sabinensem, Nicolaum tituli S. Eusebii, & Arnaldum alterum Tituli S. Priscae Presbyteros Cardinales, qui excussa causa illos vel absolverent, vel damnarent. Hic exitus Oecumenicae Synodi Viennensis.

Per quam ipsam ultima tandem, eaque luctuosissima contra Templi Ordinem paratur Comico - Tragediae Saena, cum totae reliquae Christiana Republica centent, qui mille Templarii e praecipuis Nobilium prosapis capti, compingentur in carceres, multi torquentur, traducuntur palam, perpetuae adjudicantur captivitati, aut comburentur vivi. Apud hos Equites lamenter audiebatur ejulatus, & querimoniae; apud amicos pudor, & despectus; apud plebem grande scandalum, & admiratio. Optimatum, & nobilium plurimj patres, filios, familiares, notos excusare, juvareque nitentur, quod tamen intra vires non erat, cum divina ex constitutione tota pene Christianitas, omnes Catholici Reges, Principes, Potentiss adversus Templarios starent,

qui, si scelera sua non revocabant, neque  
promittebant veram poenitentiam, misera-  
biliter interire cogebantur; alii quantum per  
temporis angustiam licuit pecunias; aurum,  
argentum, & quidquid superfuera opum,  
profundissimis immergebant fontibus, clo-  
cisve, obstruebant lapidibus, in campis, pra-  
tis, silvis, dumetis, aliisque occultissimis  
defodiebant locis, ut vel sibi, si spes vitae  
servarent, vel suorum minimum persequu-  
torum inexplebili subtraherent aviditati.

r. Quae dum Synodus, Pontifex, alii; apud  
Philippum Regem IV. Cal. Sext. Parisiis per  
Jacobum de Virtute clericum Catalaunensis  
Dioecesis, eumque publicum auctoritate  
Apostolica Notarium in domo per eum vi-  
co Cytharae inhabitata Instrumentum, ut  
eorum temporum ferebat consuetudo, con-  
cionatur publicum, nuperam Papalem Bul-  
lam VIII. Id. Mart. juribus regis caventem,  
& in eadem Regium, qua id petebatur VI.  
Non. Mart. Anni superioris Diploma, utrum-  
que textu prorsus integro, complexum,  
praesentibus alijs Pheliso Columbi Canoni-  
co S. Marcelli juxta Parisios, Joanne de  
Virtute Notario publico, & Gaufrido filio  
Robini, Clericis; verum & novo ad IX.  
Cal. VIIbr. Parisiis diplomate annuit Rex,  
ut Concilii Generalis Viennensis Sententia,  
vim suam revera obtineat, bonaque Tem-  
plariorum per Galliam in Rhodios omnia  
transferantur; sic istud XIV. Cal. Xbr. et

praesens Leonardus de Tibertis Rhodiorum Procurator Generalis, per eumque Magister, Fratres, totus Ordo Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani omnino investitur a Rege ac introductus in cuncta mobilia, & immobilia perpetuo, detractis tamen quae Instrumento per Curiam, seu Senatum, aut Parliamentum Regium, ut in libris memorialibus legitur, hodie superinde confecto explicantur necessariis impendiis, possidenda.

Ferdinandus Castellae Rex deleta Templi Militia universa Ordinis Bona redigit in Fiscum; sunt vero: Apud Calaccos Pons ferratus Regno Legionis accensurus, Farum, fors Farus, aut Faros in Regno Algarbiae; In Regno Legionis Balduerna, TAVARA, Almarza, Alcantium; Tagum inter, & Anam Flumina pro Lusitaniae limitibus, Valentia in secunda, & media parte Extremae Durae, Hispaniae, Alconetum, Bericium, Nertobriga, duae observantur hoc olim vocatae nomine, Venera la Vicia prope Odici fluminis fontes, & Frexenatum in territorio supra Betim Regni Hispalensis; Ricia, sed quae etiam Nergobrica in parte Arragoniae cis Iberum, seu australis ad Occidentem in Castellae finibus; Capella, Carcuvium, in Berica Palma; in Vacceis Regno Legionis Villalpandum; in Contestanis, jam Regno Murciae Caravacca. In Carpetanis Montalbanum, seu Mons Albanus ad Martinum fluvium in Arragonia cis Iberum. Caetera vel sub conspectu interiere ruderibus, vel aliis jam nominibus

appellata indaari haud licuit. Haec tamen  
praecipua XVI. cum aliis etiam minoris mo-  
minis oppidis, praediis, domibus, quaecun-  
que tota Castellae Regum ditione a Temple-  
tjis equibus possidebantur, jam a Rege pos-  
sidentia, sed non dicitur.

Factum, ut Benavidis Vir Nobilium non  
postremus occumberet, & lateret. Sicarius,  
Rex nullo addito prius teste, sola, &que sat  
levi suspitione praecipit Petrum, & Joan-  
nem fratres Carvajallos corripit, nullae pro-  
bae aliae, hi ne in vinculis quidem facti cri-  
men Regis iusti ducuntur ex altissimo saxo  
deiciendi; animose tamen, dum id sit con-  
fessati: Invenios puerosque criminis morti  
se tradi, obstructis hic ad defensionem, su-  
nixam iustitiam, Regis auribus appellare, su-  
premium Christi Tribunal, Regem eorsum  
provocare tricesimum in diem ab ultimo vi-  
tae suae. Nulli haec servitiam apud Prin-  
cipem.

Ferdinandus Alexanderem in castra Mauris  
opposita profectus laeviculo aegritudinis ten-  
ratus pro dromo, abit Glennium urbem Ter-  
ritorii Cordubensis cis Betin in Vandalicia,  
ubi die ipso VII. Id VIIbr. trigesimo post  
irrogatum supplicium mortuus deprehendi-  
tur in lecto exactis vitae annis XXIV. &  
mensibus IX. Extra rem esse narrationis de  
Militia Templi non diffitemur eventum hunc,  
gravi tamen locum facere suspitioni, ne aut  
lapsus aliquis, aut malignitas Castellae Gal-

liam, Ferdinando, suo sociatum, Clementi Philippum substituerit, hosque pro illo, ut subinde, summo, quod probe eruditissimus animadvertit Natalis, stiterit Praetori. Huc accedit, Clementem quoque, V. Papam, & Gualtero de Brugis Episcopo Pictaviensi ad Judicium divinum vocatum, de causa extrinseca, quod *Joannes Molanus*, in *Natalibus Sanctorum Belgii* ad XI. Cal. Febr. & ex eodem *Guilielmus Burius* in sua *Romanorum Pontificum* brevi noticia sub Clem. V. testantur.

Jacobus Arragonum Rex minus concordare poterat cum Pontificibus Clemente V. aut ejusdem etiam successore Joanne XXII, cui tandem contribui oporteat optimas per Valentiae Regnum delati Templariorum Ordinis dignitates, cum Clemens ex Decreto Viennensis Concilii, Joannitas, novum Jacobus Ordinem, eis dotandum praeciperent. Accedit nihilominus huic Joannes Papa, firmatque Anno MCCCXVII, novum Valentino, in Regno, a Montesa Castro primis extracto pro Sodalibus nuncupandum.

In Lusitania Dionisii Regis, indultu inter ipsa ruentis Militiae Templi rudera, hujus opibus Anno ibidem supra memorato MCCCXVII, confurgit eorum Ordo, qui se Milites Christi appellitant. Inferuntur huic primos inter Laurentius, Martinez postremus in Lusitania Magister Templariorum vir sanctus, ac religiosus, & sex alii Sodales instituti emortui.

Apud Anglos Eduardo sub Rege post Lon-  
dinenſem Anni cccccix. Synodum, perſe-  
cutio Templariorum videtur deſiſſe, Ordi-  
ne nihilominus jam deleto, & ademptis opi-  
bus, Memoriae habetur prodictum, nonnullis  
obſiſtente, in caſſum clero contra emiſſum  
ſemel caſtitaſis votum inhaſſe matrimonioſis,  
Poenitentibus quæ ad vitæ requirerentur con-  
ſervationem data omnia in ſumma tranquil-  
litate, ſed aſcita tamen per quosdam uxore-  
culæ; Bona vero exacto deinceps ad An-  
num cccccxxiv. magno Senatu Joannitis e  
præſcripto Vienneniſis Concilii attributa.

BZOVIUS. Tomo. XIV. Num. II. GUIDO  
in Clem. V. LABEUS & COSSARIUS. Conc.  
Tomo VII. ſub Conc. Vien. MARIANA  
Lib. XV. Cap. X. & XI. MIRAEUS  
Chron. ad Ann. 1311. NANGIUS Cont.  
ad hunc. Natalis Tomo XVI. Sect. XIV.  
Diſ. X. Quæſt. I. Num. II. PUTEANUS  
Parte III. RAINALDUS Tomo XV. Num.  
2. SARTORIUS Ciftere. Tit. XIX.

ANNUS CHRISTI CCCCXXIIII

ORDINIS CXCVI

**M**AGISTRI, ſociique ſupplicium, ſcripto-  
rum a plerisque, hunc in Annum locari  
non nos fugit. Secuti illi ſunt Gallos Annum  
per hæc tempora ordini a Paſchate ſolitos,  
ut Martius ſequentiſ, ſit hujus Anni Menſis  
ultimus, quo ipſo exuſtos illos ſuo loco pro-  
dimus. Mirum tamen in tanto contra Tem-

plarios agendi hucusque ardore, quod Clementis renunciatis exeunte Anno MDCCXXI. iam tum tribus Commissariis Cardinalibus, pronuntiationem Sententiae Magni Magistri, Sociorumque In annum, & bimestre differri volderit, passusque sit.

Gravi afficitur alias ignominia Philippi Regis Domus per Nurus ternas publicorum accusatas adulteriorum, duas etiam convictas, adulteri truncantur virilibus, exuti pelle vivi unco trahuntur ad suspendium atroce libidinis poena, quod ignominiae, poenis Philippi ob Templarii Ordinis persecutionem per quosdam accenserat.

Joannes Baptista Fulgosus (Campo Fulgosus, Fregosus, & Camposregosus) Dux Genuensis Reipublicae electus Anno MDCCCLXXVIII. tumultu civili depulsus MDCCCLXXXIII. in exilio dein scripsit exemplorum, hoc est dictorum, factarumque memorabilium Libros IX. quos passim deprehendere licet, nil quidem Viro clarissimo, nil operi praestantissimo detractum imus, dolemus tamen haud constare, qua de scaturigine rivulum eduxerit, dum narrat equi rem fente Italica, Neapolitanum ortu, animo se gessisse intrepido, etiam ad flammam damnatum, dum Burdegala Urbe, Vasconum principe ad supplicium educitur, conspectis in scaestra Clemente Papa, Philippoque Rege, magna in haec verba voce prorupisse: saevissime Clemens Tyranne! po-

Nequam mihi inter mortales nullus jam su-  
per est, ad quem appellem pro gravi morte,  
qua me per injuriam afficis, ad justum Judi-  
cem Christum, qui nos redemit appello, ante  
cujus tribunal te voco una cum Philippo  
Rege, tanti mali suatore, ut ante eum in-  
tra Annum diemque ambo compareatis, ubi  
causam meam exponam, & jus sine pravo  
ullo affectu ministrabitur. Mirum profecto,  
neque enim tempus, quod dictum ab equi-  
te fuerat, abisse, quod Clemens repente  
morte sit correptus; nec multo post Phi-  
lippum quoque interiisse, neque pauciores  
hujus equitis vires, atque Calani ad Ale-  
xandrum, cum mori constituisset, habuisse.  
Haec passim exscribi vident a recentioribus.

Petrus Archi Episcopus praestitura die in  
Urbem Moguntiam agenda Synodi gratia  
Provinciae suae Patres evocat; Episcopos  
nente suos Suffraganeos: Rudolphum Co-  
mitem Montfortium *Curiensem* in Rhaetia;  
Eberhardum III. ortum Avenione Gallum  
*Constantiensem*: ad lacum Podamicum in  
Suevia; Joannem Dyrpheyum Nobilem  
Helvetium *Argentinesem* in Alsatia; Emi-  
chonem Comitem a Leyningen *Spirenses*,  
ac Emericum Nobilem a Schronnegh *Vorma-  
tenses* superiores ad Rhenum, utrumque  
Fridericum Speet Nobilem a Taymingen  
*Augustanum* in Suevia; Andream Baronem  
a Gundelfingen *Herbipolitanum*, & Mar-  
quardum Nobilem ab Hageln *Aischadianum*,

seu Bylletensem; strungor in Francopia  
Henricum II. Comitem a Voldenberg *Mel-*  
*desensem*, & Albertum Comitem Anheldi-  
num *Halberstadiensem* in Saxonia inferiore;  
Bernardum V. Comitem a Lippia *Paderbor-*  
*nensem*, ac Fridericum Nobilem ab Honsle-  
ten *Verdensen* in Vestphalia.

Quis evocatis, & comparentibus Petrus  
in domo capitulari Moguntiae, praesente suo  
etiani Clero, eo intendebat, ut ipso Syno-  
di auspicio Decreta Oecumenici Concilii  
Viennensis publicaret, tum vi se intrudit Hu-  
go Comes Sylvestris; vernacule Vildgra-  
vius, cui Grilabacum sedes Meysenhemio  
non procul distita cum xx. Ordinis fratribus,  
Candida cunctis pallia Teutonicorum ad in-  
star, ac sanguineae prae pectore Cruces, ex-  
pedita sub v:stibus arma. Terrenus Milita-  
ri equitum qua vultu, qua ferocia loerues  
Patres. Petrus assurgens jubet Hugonem  
considerere, ac si quid proferendum habet  
depromere, faciebat istud Petrus omni exi-  
tu Militibus armatis sibi praesepto. Vild-  
gravius vero debita in sacrum Ordinem  
etiannum reverentia sedere non ausus, et  
stans se suosque fratres ait didicisse, Conci-  
lium isthoc extinguendi sui Ordinis ergo  
speculatione coactum Romani Pontificis man-  
dato, gravia enim nonnulla crimina, & flagi-  
tia Ethnicis majora illis objectari, clam  
parrari facta, id gravissimum sibi nec tole-  
randum, dampnari enim non dubitare, ac ex

Judiciorum antea forma minus curata.  
 Quapropter coram hoc Patrum concilio  
 appellare se, ac provocare ad Patrum  
 iuncti sacerdotum, universamque eius Clericorum  
 publice perire intercedere; tradita enim  
 consumptisque flammis ob eiusmodi facta  
 quospiam memorabili constantia negasse om-  
 nino quidquam eorum sibi designatum, in  
 confessos nullisse tormenta, mentem excepisse  
 probata divinitus, nec obtutu prodigio inno-  
 centia, candidis clamoribus, rubra Crucis  
 a vi flammarum exiatis, subditis ab Episcopo  
 loci, personarum, temporis, circumstantiis  
 incertis; verus, exploratusque foret quoniam  
 rursus, eventus hic, adhuc tamen oportet  
 bit ambigi, an innocentiae revera velle,  
 eas portantium fratrum, vel Ordinis Index,  
 an vero crucis Dominicae divino munus, ele-  
 mentis etiam, & voracissimo huic memo-  
 ratae.

Appellatio scripto quoque Archi-  
 scopo exhibita, & publicatio citra moram  
 fieri petita; cum igitur circumseptos anno-  
 rum strepitu Patres, vellent, nolent in  
 Templariorum voca terrore compulsos oportet  
 teret ire; Petrus mansuetus post Viennensis  
 decreti perfectionem, mox supradictam ap-  
 pellationem de scripto legi curat, ac publi-  
 cari; Hugonem autem, & suos bono subit  
 esse animo, scripturum se pro illis bona quorundam  
 Pontifici, a quo spes venari esset re-  
 sponsi, perquam gratiosi. Haec domus est

Moguntina illa Synodus per Scriptorum plurimos usurpata pro argumento Innocentiae Templariorum, etiam Archiepiscopus scriptit, ut sponderit Papae, qui in hoc tandem, novam a Petro in Templarios exerceri jubet Quaestionem, & ad eius Articulos Viennensis Interpretationem decreti exigendam, sic absoluit Hugo, & Fratres, qui particulares personae a vitae periculo, vis tamen decreto in eo consistere debuit, ut Ordo aboleretur, poneretur vestis regularis, neque nomen deinceps usurparetur Equitum Templi. Quia ad personas etiam plus profuisse Petri apud Clementem praetiam, praes Innocentia certum est, etenim iste ob restitutam sibi a Petro, Doctore Medicinam priusquam Sacro infereretur statui professo periculosa stritum valetudinem, ut gratam se pro praestita salubri opera praestaret, petenti negare nil poterat, nil volebat, Ordinis bona, ut Viennae consuetum, cedunt Joannitis, & Teutonicis, sequae hinc in reliquam Germaniam, in Bohemiam manat exemplum, Templariorum manu incruenta (non enim aliquos in tanto numero distitemur fuisse Innocentes) delendorum.

At rursus haud parum, quin fortasse plurimum in tranquillam per Germaniam vicera Templi Equitum extinctionem id conrulerit, quod in hoc essent Ordine, ut ex Goslariensibus Heinrici Antiquitibus apparet, duo Ducis Brunsvicensis, principes

nempe cogendis aliendis terris, ac per  
 inimicas irabendas in seculora maiorem pro-  
 tem Germaniae partes, ut flammis publici ob-  
 tenti ejusmodi tentamina cessare oportet.  
 Cui tamen Templariorum fugae co-  
 pta, excessu, erupit, evasit, vel exire li-  
 bitu Ordinis migravit ad Joannas.

Casum tamen infelicem experientur in per  
 Diocesim Hildesensem, dirutis enim do-  
 miciliis cecidunt, aut pessimum in exitum.  
 Indicia hujusmodi vastitatis apparent in Hei-  
 de in municipio ad Innum animum, prius sub  
 Marienburgi Praefectura dirutum a funda-  
 mento Templum, in quo Templarius fuerat o-  
 pte Vallmoden profugas in coenobium  
 Paulinorum Hildesiae, cujus obsequium  
 Henslagus de Vallmoden Templi in Heide  
 ligna, et lapides Paulinae Brucellae Monachis  
 pro nova obuia Ecclesiae struere Hildesiae  
 autem equitem habitando Templi nomine sub  
 invocatione S. Georgii perstitit ad annum  
 usque crucis, ac obsequio divini Romani-  
 rini, dein publico Augustinae Confessio-  
 nis exercicio deservit.

In ditione Brandenburgica quatuor secta  
 in partes, uno Marchiae nomine vocantur  
 quidem, verum additis cognominibus aliis  
 ab invicem distinctas; Prignonia Zachli-  
 num castrum Templariorum olim sedem,  
 Veterana Templariorum oppidum ab illa ex-  
 tructum complectitur. Micheln locus ad  
 alterum Hala Magdeburgici Salici Bannum  
 separatis circuitu ab anno 1214 sic vocat. U-

be lapidem Templi equitum possessio fuit. Domicilium vero Lipspringa oppidum, in Vestphalia pro ipsis Lupplae amnis fontibus sane diuturnum. In Lotharingia Theobaldus II. cognomine robustus, Dux publicatae licet per Clementem condemnationis sententiae denos tantum modo superstes dies, Principum Europaeorum securus exempla, equitum Templi abolitionem sua in ditione constituit eo facto III. Id Mai vita defunctus.

In Austria narratur, & auditur multum de Ordine Templariorum, qui non minus hic, atque aliis in Regionibus viguit potentia, bona magna, multosque conventus possedit. Domus ipsius inferiorem per Austriam adhucdum notae sunt minimum decem. Viennae ad S. Mariae rotundae de qua superius Anno cixcxiii. depulsis in exilium Templi equitibus An. dein cixcccxxv. Ordini Praedicatorum datur per Leopoldum VIII. Austriae Archi-Ducem possidenda in hoc usque tempus, quod vivimus.

Ebenfurri, Medlingae, Berchtoldsdorffi, seu Petersdorffi, Petronellae, & Hamburgi, Heiligenstadii. In oppido Aspern, seu Aspern trans Danubium in quadrante (in eos dividitur Austria) infra Mainhardi montem. In Raszbach quadrante supra Mainhardi montem; novem Ecclesiis ad Steinfeldum; In Georgii monte Vienna non procul ad Burckersdorffum. Horum aedificiorum quaedam supersunt integra, & incoluntur, non-